


Nun w. festwaly Biesen d. 10 Februar 1806.





2

DE  
M O R B I S  
EX LAESO MESENTERIO  
ORIVNDIS

---

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA ET CHIRVRGIA HONORIBVS  
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS SOLEMNITER IMPETRANDIS

DIE AVGVSTI C<sup>o</sup> 10 CC LVIII.


H. L. Q. C.

PUBLICE DISPVTABIT.

A V C T O R

FRANCISCVS HENRICVS ZIMMERMANN

LIVONVS.



---

HALAE

STANNO SCHNEIDERIANO.

EX LIBRIS MARIANUS  
EX LIBRIS MARIANUS

EX LIBRIS MARIANUS

EX LIBRIS MARIANUS

EX LIBRIS MARIANUS

EX LIBRIS MARIANUS

EX LIBRIS MARIANUS

# V I R O.

DOCTRINA. INGENIO. VIRTUTIBVS. ET.

MVNERVM. SPLENDORE. SPECTATISSIMO.

INTER. PRAECIPVA. ORBIS. ERVDITI. ORNAMENTA.

NVMERANDO.

PERILLVSTRI. EXCELLENTISSIMO. AMPLISSIMO.

ATQVE. INDVLGENTISSIMO.

# D O M I N O.

# D.PAVLO. DE. CONDOIDI.

SACRAE. CAESAREAE. RVSSICAE. MAIESTATIS.

A. SANCTIORIBVS. CONSILIIS. ET. A. SANITATIS. CVSTODIA.

MEDICO. PRIMARIO. ET. ARCHIATRO. MERITISSIMO.

RERVM. MEDICARVM. PER. VNIVERSVM. ORBEM. RVSSICAE.

IMPERATRICI. SVBIECTVM.

V T. E T.

CANCELLARIAE. MEDICAE. PETROPOLITANAE.

SVMMO. DIRECTORI. ET. MODERATORI.

MAECENATI. PATRONO. ET. DOMINO.

SVO. INDVLGENTISSIMO.

SVMMMA. ANIMI. SANCTITATE. AC. MENTE. DEVOTISSIMA.

AETERNVUM. DEVENERANDO.

HOC. QVICQVID. LITERARVM. EST.  
TESTIMONIO. ANIMI. SVI. OBSERVATISSIMI.  
ET. RELIGIOSISSIMI.

CVM. ARDENTISSIMO. ET. MAXIME. PIO. VOTO.  
OMNIGENAE. ET. SEMPITERNAE. PROSPERITATIS.  
SACRVM. ESSE. JVbet.

SEQVE. EIVS. CLEMENTIAE.  
FAVORI. ET. PATROCINIO. AETERNO.  
MAXIME. COMMENDATVM. CVPIT.  
ET. TRADITVM.

PERILLVSTRIS. ATQVE. EXCELLENTISSIMI.  
EIVS. NOMINIS.

OBSERVANTISSIMVS. AC. DEVOTISSIMVS. CVLTOR. ET. CLIENS.  
AVCTOR.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
**MORBIS**  
**EX LAESO MESENTERIO**  
ORIVNDIS

---

§. I.

O buia saepius esse sive occurrere in morbis phaenomena & symptoma, quorum caussam prima statim facie Medicus cognoscere non potest, communi omnium fere practicorum querela fatis constat. Deprehendimus enim, exteriorem saepius habitum corporis ex pristino suo nitore, vel in macerrimam & tabidam, vel in tumidam & per pallidam speciem esse mutatum, summam subinde virium languorem & cunctas prope ceteras corporis actiones laesas, quas non, nisi vt effectus sive symptomata alicuius in corpore latentis morbi, considerare licet, nulla tamen manifesta tantae immurationis caussa prima fronte apparente. Incerta hinc & anceps curatio multoties adhiberetur; tum quia symptomata haec non cessant, tum quod nec curari possunt, nisi sublata Namque prima & principali eorum caussa effectrice, unde suam traxere originem. Namque quum admouenda alia non sint remedia, nisi illa, qd ipse morbo debellando accomoda-

A

modatissima sunt; & quae insidiosum hostem, in corpore latitatem, primo statim in limine aggrediuntur: nee ille Medicus vehementer falletur, morbum quempiam medicaturus, ignorata nec intellecta eius vera & proxima effectrice causa.

## §. II.

Occultatus vero & abditus haeret morbi cuiuspiam fomes tum praecipue, si vitium delitescit in illis praesertim partibus, quae I) vel non *αμέτως* ad vitam sunt necessariae; vel II) si partium male affectarum functiones obscuriores sunt, quam ut a sensibus, vel attentissimis, primo statim adspectu obseruari queant; III) aut si pars quaedam, quamvis nobilis & pernecellaria, hebetiori tamen sensu praedita sit. Nam licet in his partibus, ita comparatis, morbi seminarium & conceptaculum sit reconditum; custos tamen corporis, dolor, puto, non statim affectam partem arguit; nec oeconomia corporis turbata morbum eiusque fontem primo invasionis tempore continuo prodit. Neque licet ex actionibus laesis ad ipsum morbum citius concludere, quam si increbuerit seu increuerit, & symptomatum suorum atrocitate vitae periculum fuerit molitus.

## §. III.

Enim vero solent non raro hanc ludere tragediam cachexiae, leucophlegmatiae, hydrops, anasarca, ascites & tympanias, febres lentae & hebetiae; vt & metastases diuersi generis ad varia loca, quae cuncta, vtpote symptomata, semper causam quandam supponunt, in laesione visceris cuiusdam altis radicibus defixam. At vero quae sit illa pars in corpore, vbi prima mali cuiuspiam semina fuerint iacta, illud perfice non, nisi post fata demum sensibus claret sive innoteat, incisionibus cadaerum, eiusmodi malis extinctorum, patefacentibus, ea in ipsis viscerum recessibus interioribus altis defixa haerere radicibus: viscera autem ista plerumque in censu eorum fuisse, quorum vel hebetior & obtusior sensus; vel minor ad vitam & sanitatem tuendam necessitas deprehenditur (§. II.).

## §. IV.

Verum enim vero in numero partium talium (§. II. III.) Mesenterium omnium praecipue esse referendum, non ipsius solum fabrica; sed practicae etiam atque anatomicae obseruationes abunde docent. Fabrica illius id inde satis declarare vide-

tur:

tur: primo quod grauissimas & maxime insignes subinde laesiones, sine vitae periculo & cito subsequente sanitatis dispendio, sustinere valeat; quamvis nec possit negari, ex iisdem sensim pederentimque vtiue multum damni ad valetudinis prosperitatem redundare: quia praeter alias functiones eius haec praecipua est, chylum per vasa latera transmittere, & affusa ei lympha dfluere, admixtis etiam spiritibus subtiliorem reddere. Quod si igitur quaedam Mesenterii pars ab obstructione libera est & immunis, nihil sane obstar, quo minus per hanc quaedam chyli portio ad sanguinem transmitti, & vita vna cum qualicunque sanitate, quoad eius fieri poterit, conseruari queat. Secundo Mesenterium copiosis quidem neruis deprehenditur instrutum, sed ii, glandulas iam ingressuri, crassiorem suam deponunt tunicam: quo nomine haud mirum est, eos ita multo majore mollitie vsos, in dictis glandulis, obtusiori etiam & tardiori sensu esse, quantumuis rodendo, pungendo, tendendo, comprimendo aliquo modo irritentur. Nullus itaque manifestus, nisi forte obtusus quidam & obscurus, dolor Mesenterio oriri potest, etiamsi cauſa, in neruos hos molles agens, praesto esſer. Terrio Mesenterium suas functiones tam tarde, languide & velut tacite experit, ut nullius Medentis, eius morbos exploraturi, sit, has actiones sensibus deprehendere. Id quoque in cauſa est, cur huic non, nisi a posteriori duntaxat & probabiliter, a laesa chylificatione ad ipsius Mesenterii laesionem concludere integrum sit.

## §. V.

Operae igitur primum facturus mihi sum visus, specimen quoddam inauguraile daturus, si istos morbos susciperem enodatus expediendos, qui ex laeso mesenterio prodeunt. Ne vero hoc loco molem rerum ante aetarum aggerere velle videar & minutissima quaeque anatomica, quae iam alii latius diffususque sunt prosequiti, conjectari; dedita opera praetermissi, quae ad anatomicam & physiologicam eius disquisitionem spectant, ne haec dissertatio extra istos egrediatur cancellos, quos egomet mihi praescripsi. Visum igitur est ad ipsam statim morborum, qui Mesenterio insident, explanationem ingredi.

## §. VI.

Fide & testimonio Virorum, doctrina atque scientia artis medicae facile principum, velut Tulpiae, Sennerii, & qui vnuſ mihi instar est omnium, Bonneti, com-

pertum est, Mesenterium saepissime conceptaculum fuisse & latibulum complurium grauissimorum malorum, ut lienteriae, passionis coeliacae, dysenteriae, atrophiae, rachitidis, scorbuti, cachexiae, hecetiae aliorumque plurium, vt pote quorum incunabula in sola hac parte, cadauerum hisce morbis extinctorum sectione, fuerunt detecta, ceteris corporis partibus plerumque intemeratis nec vlo quodam vitio infectis vel corruptis <sup>a)</sup>. Quum vero nec insolenter eadem haec dicta mala ex aliorum viscerum labore & corruptione aequae, atque ex Mesenterii oriri possint, non abs re nec a proposito erit alienum heic expendere, qua ratione liquidorum vitalium crassis contaminari queat, Mesenterio duntaxat aduersa valetudine conflictante. Nihil enim quicquam esse dubii potest, quin humoribus vitalibus afflita huius partis conditione plurimum detrimenti & noxae utique subinde nascatur. Neque difficile hoc erit cum explicatu, tum intellectu, indolem morborum, qui Mesenterio solennes esse conspiciuntur, altius inspecturo. Nam obseruatorum fide in comperto est, illud modo inflammationibus, modo abscessibus, nunc glandularum obstructionibus, scirrhis aliasque id genus affectionibus identidem tentari, in alios grauissimos morbos haud raro transeuntibus, qui aegrotantibus vel vitam saepius eripiunt; vel certe mala, perperu & curatu difficultima, eaque diuturnissima, inferunt, vulgari experientia abunde loquente. Quo autem modo Mesenterii oppilationes supra dictorum morborum fons & caput esse queant, nunc paucis expedire conabor.

## §. VII.

Animo itaque concipiamus, factam esse statim sanguinis vel seri in illis arteriarum mesentericarum finibus, qui glandulas intrant; ponamus etiam, statim illam ortam esse a quacunque caufa: nonne statim agnosces, dummodo hydraulicas leges habueris perspectas, impedito sanguinis motu in ramis, ad glandulas has contendentibus,

auge-

<sup>a)</sup> Accedit iisdem aliis testis locupletissimus, Iohann. Fernelius disertissimis verbis ita tradens: „quisnam in mesenterio humor exoperet, jam non tacu, sed iis ipsis notis, quibus in jecore aut in lumen proditum est, cognoscitur, quae tamen cum obscuriores, tum leuiores existunt. Haec autem obscuritas multies causâ fuit ignorantiae, & cur harum partium affectus praetermissi fuerint. Ego tamen hoc affirmo, & profiteor, cholerae, melancholiae, diarrhoeae, dysenteriae, cachexiae, atrophiae, languoris, lentiorumque febrium, latenterium denique morborum caufas me in his plerumque sodibus animadversisse.“ Haec ita clara, ita explorata fuit, vt frustra operam sumere, majorem restium nubem in fidem mei asserti vocaturus.

augeri eiusdem impetum & celeritatem per illos ramos, qui liquido adhuc satis per-  
vii seu permeabiles sunt, & ruere ad cauam intestinorum, ubi, vigente sanitate, secre-  
tioni muci & liquoris intestinalis ac nutritioni intestinorum inferuiunt. Autem  
ad intestina sanguinis impetu, fines serorum vasculorum dilatabantur, ita ut serum  
transmittant copiosius, quam pro intestinorum lubricatione: quo circuca dilutus nimis  
chymus non absorbetur a lacteorum orificiis, siveque fluidus magis ad intestina crassa  
deuehitur. Iam vero cum ibi vel nulla, vel certe pauca, fiat chyli receptio, fluidus  
ille chymus etiam vacuabitur per anum & diarrhoea orietur. Si autem obstruacio in  
Mesenterio magna fuerit, & sanguis elasticus pressus vehementiori imperu ad intesti-  
na pellatur, ob resistentiam imminutam vasa serosa dilatata sanguinem recipient rubi-  
cundum, qui, dilatatis orificiis secretoriis, per illa effluere potest. Id quod si in Me-  
senterio, sive in arteria mesaraica superiore, contingat, effluens sanguis successiue chy-  
mo miscetur, qui ita per interfusum sibi sanguinem dilutus & ano egestus, speciem  
praeberet fluxus hepatici, ideo sic dicti, quod chymus, sanguine dilutus, contriti hepatis  
speciem referat: sin vero impetus per mesaraicam inferiorem euenerit, effluens  
sanguis iam duras faeces in crassis intestinis reperit, quas cum diluere nequeat, floridus per anum excernetur, & haemorrhoides saepe proferet internas, fluentes dictas.

## §. VIII.

E contrario si concipiamus, ultimos fines arteriarum, in intestina hiantium  
(§. VII.), non dilatari; & nihilo secus congestum esse sanguinem ad intestinorum ra-  
mos; difficile non erit intellexisti, quod tum distenti a sero & sanguine fines & tume-  
facti, comprimant muscularares cauernulas tunicae intestinalis muscularis, fibrasque  
neruosas, a quarum contractione motus peristalticus originem dicit. Hic igitur hoc  
pacto erit vteneunque interturbatus; & si compressio ista maior, motus hic ita muta-  
tur, vt sursum magis tendat siveque contenta ex intestinis tenuibus in crassa non de-  
voluat: unde alii obstruacio pertinax orietur; intestina distendentur, putrefacte con-  
tentae & acria euadent, vicinis partibus pondere suo molestiam crebant, per putre-  
factionem aer excludetur, succedent borborigmi, status cet. Intestina irritata se con-  
trahent, & excrementa, dum deorsum ferri seu detрудi nequeant, impedito & peruer-  
so moro peristaltico, pressa, magis ad superiora retrudentur, atque ita ructus, nau-  
sea, vomitus & iliaca passio nascentur.

A 3

§. IX.



## §. IX.

Si porro cibos supponas diutius in intestinis detentos atque fermentantes (§. VIII.), liquido apparebit, talem excitatum iri calorem, qui excludendis infectorum oculis, cum cibis & potulentis ingestis, aptissimum est & accommodatissimum. Excludentur itaque animalecula in ipsis putrefactibus cibis, quae exclusa conueniens fibi inuenient nutrimentum, crescent atque sic vermes generabuntur, differentes, pro diverso gradu caloris, fermentationis, primi nutrimenti aut loci ipsius.

## §. X.

Illatione vltiore si pergas & vasa sanguifera sic tumentia consideres (§. VIII.), comprimi quoque vasorum lacteorum orificia, quae illis adjacent, cognoscetis. Quo fieri, vt angustata haec oscula chylofas & fluidas, a menstruis iam praeparatas ciborum partes, non absorbeant, & chylus sic renaneat, atque vna cum faecibus alio va- cetur: vnde lienteria sive faecum chylo dilutarum evacuatio suborietur.

## §. XI.

Si vero stagnantia in vasis minimis serum & sanguis, quae prima initia vasorum seroforum quidem intrauerunt (§. VII.), sed per fines conicos transire nequeunt (§. VIII.), acrimoniam contraxerint, impeditur penitus, (principue si Massa sanguinea ad vitiosam acrimoniam concipiendam iam sit apposita) impeditur, inquam, penitus secretio muci, intestina a ciborum adhaesione defendantis: idcirco cibi acres nudis intestinorum parietibus poterunt adhaerere, & eosdem irritando affligere sive dolores, quos colicos vocant, excitare. Sin vero ex ipsa hac stasi, & acriorum particularum in se inuicem actione, calor major oritur, nec non aeris, in intestinis contenti, expansio; hic, propter faeces indurat (§. VIII.) deorsum cedere nequit: vnde intestina expander, fibras, a stasi iam tensas, magis extender doloremque ciebit, colicam flatulentam vocatum. Denique si humores congesti nimis acres fuerint, aut stasis diutius durauerit, agent certe humores acres in vasa spiculis suis acutis, in fibrarum interstitia penetrando, inaequaliter illas dilacerando atque explicando; vnde dolor enormis, spasmus & acuta saepe febris orientur. Dilaceratis autem ruptisque vasis, serum cum sanguine acri effluet, intestina erodet, mucum, intestina defendantem, resoluet: cumque cibi fibris nudis erosisque adhaereant, acerbissimus inde dolor ac tormenta sub- orient-

EX LAESO MESENTERIO ORIVNDIS.

7

orientur. Serum insuper hoc acre, in crassa intestina effusum, ob contractum sphincterem in orificio recti, retinebitur & dissoluet mucum, recti intestini tutamentum. Irritabitur proinde sphincter vna cum leuatoribus ani & ad contractionem sui stimulabitur. Perpetuum ergo sic aderit desideri conamen, tories aegrum affligens, quoties aluum egesserit seu acrem istam materiam excreuerit, tenesmi nomine cognitum. Vniuersus autem morbus nascitur, qui dysenteria audit. Quam albam dicimus, si serum tantum acre aliud eiicitur foras; rubram vero, si ex vasis erosis sanguis rubicundus exstallat.

§. XII.

Ostendimus §o praecedente, materiam istam acrem facile effluere in cauum intestinalium atque intestina erodere. Quae si ita vasa erodat, vt inter tunicas intestinalium cuniculos agat ibidemque collecta delitescat, diuersa prodit facie, vlera efficiendo sinuosa & fistulosa, quae dysenteriae, nunquam fere cessantis, vt & fluxus hepatici perseverant, speciem induunt. Discedit enim paulatim tunica villosa a reliquis incumbentibus, & insequitur intestinalium excoriatio ita, vt saepius villosa haec frustillat alio excernatur.

§. XIII.

Contingere etiam subinde solet, vt partes acres stagnantes (§. XI. XII.) in vasis minimis siccescant, cum nempe pars fluidior & liquidior per venas laterales absorbetur, & ista portio quae aerior & crassior est, remanet. Tum vero non contracta solum intestina manent, ita vt angustior eorum portio in ampliorem, & per flatu vel faeces magis dilataram, vna cum quadam adhaerente Mesenterii particula cedat seu ingrediatur, & susceptionem intestinalium pariat, quae praecedit chymo vel faecibus transitum, & obstructionem alii efficit pertinacissimam; sed & voluulum sive faecum aluinuarum per vomitum reiectionem producere valet.

§. XIV.

Iam vero si haec materia (§. XIII.) glandulis Brunneri & Peyeri impacta haereat & fixata, parsque fluidior sit absorpta, quid aliud inde, praeter seirrhofas glandulas, ab hac materia indurata factas, expectare queamus? aut quid facilius intestinalis indidem euenire poterit, quam perpetua siccitas, ob muci & liquoris intestinalis impedi-

peditam secretionem. Celiaca igitur perennis, quin immo lienteria, subsequentur, propterea quod tam compressa vasa lactea (§. X.) paucum resorbere valeant chylum, quam quod, impedita menstrui secretione, concoctio ciborumque resolutio rite haud succedat.

## §. XV.

Et quis non videt, cancerum exinde, gangraenam & sphacelum; hisque positis, innumera alia mala presso pede consequi posse. Verum cum horum explicatio cancellos, dissertationi nostrae circumscriptos, transgrediantur; sufficiat dixisse tantummodo, quanta iam in intestinis oriri possint mala & potentiae, ab impedito dunatax per glandulas mesenterii humorum circulo. Non itaque mirum est, cur in rachide, atrophia & plerisque febris intermitentibus, intestina vario semper modo sint adfecta, ita ut iam aliud omnino sit obstructa, iam nimis liquida, nunc faniosa, nunc cruenta aut chylofa adpareat? cur vomitus accendant? cur digestio & chylificationem faciant iacturam? Testantur enim sectiones, hisce in morbis glandulas Mesenterii tumefactas atque obstructas plerumque deprehendi. Impedito igitur per illos humorum circulo, augeatur appulsus per illos ramos, qui ad ipsa tendunt intestina, necessarium erit sieque satis perspicuum, pro diuersitate gradus impetus diuersaque materiae constitutione, alia semper sequi posse incommoda (per ante dicta).

## §. XVI.

Nunc illa examinanda sunt phaenomena, quae in ipso Mesenterio a stagnante hic sanguine & sero acri contingere possunt. Finge itaque, adesse obstructionem in vasis minimis mesaraicis; nonne sanguis a tergo affluens ager in vasa? nonne diducet a se inuicem fibras, vasorum parietes constituentes? dilatantur igitur vasa: & quia glandulae mesentericae non, nisi ex complexu vasorum constant, distentis ita his vasis expandentur & intumescent glandulae. Cerrum autem est, transire per has Mesenterii glandulas vasa lactea, atque in ipso hoc transitu per glandulas confundi lympham & spiritus animales chylo, in lacteis vasis contento, ut satis dilutus sanguini viscidiori admisceri melius possit; & propter spiritus commissos praeципitatio heterogenearum partium e chylo impediatur. Quod si vero nunc tumefactae sunt Mesenterii glandulae, tum ab his, praeter modum distentis maiusque spatium occupantibus, comprimentur

tur tam vasa lactea, quam lymphatica & neruosa; quae cum mollia sint (§. IV.), pressioni a vasis expansis factae resistere non poterunt: ergo cedent, comprimentur parientes inter se & vasa concludentur.

## §. XVII.

Compressis autem vasis lacteis (§. XVI.), per Mesenterium decurrentibus, quomodo chylus ab intestinis absorberi? quomodo ad chyli cisternam deferri poterit? restabit itaque in primi generis vasis lacteis; quae ita manebunt distenta a chylo, nec amplius in se recipere & absorbere poterunt quidquam chyli ex intestinis. Ergo chylus manebit alii faecibus mistus; (nam a ventriculi & duodeni menstruis assumenta alimenta, iam sunt in chymum mutata) hinc loco faciem chymus per aluum reiicietur & orietur coeliaca passio (§. XIV. X).

## §. XVIII.

Quod si vero vasa lactea ita sunt compressa, ut vel nullus, vel paucus saltus chylus, vel, propter angustata lactea, aquosior & subtilior tantum modo eiusdem portio ad sanguinem peruenire possit (§. XVI & X.), desiderabuntur in sanguine oleosae & nutritiae partes; abundabunt spirituosa & acres; deficit ergo rubicundus sanguis; scaturbit acris serofus. Vnde plures resolutae partes, in sanguine praesentes, maiore copia, vi propriae leuitatis ex arcu aortae, sua figura sanguinis cursum ad caput dirigente, sublime ferentur. Orientur hoc pacto tumor vasorum capitis, perpetua spirituum subtiliorum abundantia, viuidus & floridus faciei color, rubor genarum, calor capitis nimius, coryzae, haemorrhagiae narium, vertigines & ad apoplexiā inclinatio, cetera. Atque si vasa & ossa adhuc erunt mollia & flesti ac dilatari facilia, caput in maius augescet, & magnitudinem obtinebit, reliquo corpori non proportionatam. Contra vero in reliquo corpore & partibus eius praecipue inferioribus, deficient mucilaginosae & nutritiae partes, oleum scilicet blandum terraque subtilior (§. XVII.). Atque hinc I) Salia non sufficienter temperabuntur, sed manebunt acriora, resoluent reliquas partes, dissipabunt serum per excretoria loca, sulphur adhuc praesens resolvent & sui iuris facient; ex quibus enscentur calor auctus, vigiliae & faciles laffitudo:

dines: partes terreae, in sanguine adhuc haerentes, resoluentur; vnde tenuior redditur sanguis, expeditius per vasorum anastomoses transfluer; vnde pulsus celer auctaque circulatio, cum non sufficienter resistat sanguis in vasis minimis. Vniuersum igitur schema sic dictae febris lentae & hecūiae saepe sub glandularum Mesenterii obstructione latere potest. II) Negato interim partibus sulphureis & terreis ad sanguinem transitu, deficient partes nutritiae: omnis enim iusta seu debita nutritio non absolutur, nisi per terreas & subtilissimas oleosas resolutas partes. Imminuta itaque erit nutritio in inferioribus partibus, vnde pedes marcidi, parui & debiles, peccus & abdomen macilenta (§. n. I. & §§. ant.) morbusque indidem emergit, quem atrophiam nominamus. III) Deficientibus porro partibus oleoso-terreis, deficit quoque in partibus, omnium praecipue inferioribus, purpureus latex (§. n. 2. & §§. ant.); vnde nullus, vel certe non sufficiens aderit sanguineus succus, pro replendis muscularibus cellulis, quarum expansione motus muscularis est peragendum: hinc musculi, exsucci redditi, marcescent, fibrae sese mutuo proprius contingunt & inter se cohaerent; corpus muscularum redditur magis durum & velut tendinosum. Vtunque exsiccati musculi, dilatationis suae minus patientes, ex proprio tono constringunt, & breuiores fieri nituntur: cumque plus trahant partem illam, cui firmiter sunt annexi, ossa potissimum atque cartilagine trahent; quae, si fuerint dura, attrahentur ad punctum immobile oriturque eorum aliqua immobilitas, quam contracturam cire consueuimus. Si molia vero fuerint & adhuc cartilaginosa, resistentes in antagonismo positi musculi obstatunt magis contracturae, illaque pars ossis molliusculi protrahetur, cui musculi tendo adhaeret. Iam si in extremitatibus tendo ossis huius medio seu diaphysi adnatus sit, protrahitur media ossis pars, & eiusdem nascitur incurvatio, pro diuersitate directionis musculi trahentis. Sin vero epiphysibus adhaeserint tendines, protrahentur vtrinque molles epiphyses, elongantur, vt articuli quasi duplicati apparent. Vertebbris autem vel ossibus innominatis si musculi alligati fuerint, vario modo ossa haec ex situ suo naturali dimouent, quam ossium mollium incurvationem rachitidem appellamus. Quales vero ex hac vitiosa ossium conformatioe prouenire queant morbi, abunde rei medicae obseruatores testantur, viscerá compressa, (vnde functiones eorum dannum facere solent,) vterus de sua sede demotus, (id quod praecipua partus praepediti

pediti cauſſa eſt;) aut alia complura & grauia ſubinde mala; heic omnia recenſeri non neceſſaria; quorum omnium fons & caput obſtructions iſtae, in Mefenterio occultatae, erunt.

## §. XIX.

Iam quoque breuiter contemplabimur eiusmodi glandularum Mefenterii diſtenſionem, qua exterior earum ſuperficies magis dilatatur; interior vero ſubstantia liberior relinquitur: quo in caſu vafa laetitia, a compreſſione magis immunita, chylum, ex intelliſi imbibitum ac receptum, ad ſanguinem transmittere valent (§. IV.). Comprimentur autem vel ab hac expansione glandularum vafa lymphatica nervique molles, quae ſua fluida chylo affundunt (§. cit. & XVI.). Verum compressis hifce vafis, nihil, neque Lymphae, neque ſpiritus, chylo admifeſeri poterit: plurima autem mala oeconomiae animali indidem prouentura eſſe, nemini non perſpicuum erit perpenſuro, quid emolumenti ex hac miſcela in corporis valetudinem reduderet. Etenim chylus, partim ſanguini rubicundo, partim ſeroſo, admifeſeri debet: ſed ſanguis rubicundus, nec minus chylus, recens ex intellici exſuſtus, ſunt fluida viſcida: duo autem viſcidi liquores non facile nec in time miſcendo coniungi inter ſe ſinunt, cum neceſſe fit, ut alterutrum eorum antea diſluatur & diſſoluatur (per princip. physiſ.). Hinc ergo copioſa, ex omnibus abdominis viſceribus ſecreta & confluia lympha, per vafa lymphatica, ad Mefenterii glandulas defertur, qua chylus magis diluitur: eandem quoque ob cauſam copioſi nerui, ex plexibus meſentericis, ſuperiore & inferiore, oriundi, glandulis hifce ramos impertinent.

## §. XX.

Quodſi igitur, propter compreſſa vafa lymphatica & neruos (§. XIX.), nulla lympha nullique ſpiritus glandulis infundi poſſunt; manebit chylus lentus & viſcidus. Qui cum ſanguini commiſſeri nequeat perfecte (§. cit.), ſero fluidiori affunditur; quod ita, per ſolidas ſimulque viſcidas admixtas chyli partes, viſcidum ſimiſter quoque rediſt. Viſcidum autem quia per minima vafa moueri commode & ſatis expedite nequit, fe- & excretiones turbabuntur, menstrua, ad diſteſionem neceſſaria, deprauebuntur; vnde diſteſioni & chylificationi detrimentum afferatur, hocque pacto flagrantibus.

nationibus atque obstructionibus diuersis, pro differentia partium affectarum, via pandatur latissima, necessum est. Viscidum porro hoc serum, quia oleosas crudas nec suo nexo satis exsolutas partes deponit in folliculis adiposis, qui hoc modo replentur loco pinguedinis viscida tali materia; eos indidem distendi necesse erit: expansa autem membrana adiposa, ipse habitus corporis exterior exsurgit in tumorem quasi oedematosum, &c, a transparente per cutem sero viscidio, pallidum & album colorem praefert, qui morbus cachexia audit. Absorbetur interim per venas bibulas pars quedam aquosior & tenuior a viscidio & salina materia, in cœurnulis adiposis detenta, ex quo illa stagnans materia spissescit & velut indurescit. Iam vero salia, in sero insufficiente non satis soluta, acria euadunt; quae ita stagnando una cum oleo, in loco calido & humido, fermentescunt: siquidem agunt in sulphur, quod resolutum destrunt. Sulphur ideo per salia, defractua ratione, resolutum, tali modo expandit magis vesiculas & vario colore cutim tingit, unde leucophlegmatia prodit. Vesiculae etiam adiposae, sic expansae, haud aegre disrumpi possunt; præcipue accidente erosione, ab aceribus salibus facta: e disruptis autem vesiculis contenta materia resoluta effluit & extravasatur. Quod si vero in loco, vbi pinguedo musculis hæret intertexta, in muscularum interstitia fuerit effusa, anasarca orietur. Cum idem hoc contingat sub capitis integumentis, hydrocephalus proueniet: si vero thoracis cavo accidat, hydrops pectoris progignetur. Quum vero eadem haec capsulae pericardii eueniant, hydrops pericardii præfeto erit: si in cavitate abdominis, ascites subnascetur. In ovario, utero & aliis locis diuersa idem hic morbus fortitur nomina. Si tandem in pedibus contingat, oedema pedum nascetur.

## §. XXI.

Verum enim vero quanta nonne mala oriri possunt ex tunica adiposa, partculis his putridis referata? quotne aliae partes vicinae & adiacentes, ab extravasato hoc acri sero (§. XX.), multis modis affligi & comprimi possunt? relaxantur enim fibrae, corroduntur vasa & viscera, &c, pro varietate partium affectarum, diuersi quoque effectus & pericula subsequentur. Potissimum autem huiuscemodi mala procreantur, si ab extravasato hoc acri sero fluidior & aquosior portio absorbendo ablata, &

per

per venas resorbentes exsucta, ad maiora vasa reducitur: remanebit enim acrior portio, quae fermentat (§. cit.). Quum autem tum, per fermentationem, ille aer, in interstitiis viscidarum partium haerens, expeditur; tum idem etiam, in variis cavitatis corporis obuiis, per calorem iam expanditur (per princ. phys.); varii tumores aeris variis in partibus, in quas extravasatum acre serum se diffuderit, prout hae differant, inde emergent. Nam si in membrana adiposa inhaeserit, emphysema; sin vero in abdominis cavitate, tympanitis; in scroto autem pneumatocèle, appellatur. Damna vero, quae indidem partibus veniunt, sunt, quod cavitates saepe vehementer & ultra tonum distenduntur, iustus humorum circuitus interturbatur, & reliquae earum functiones impediuntur; quid? quod possunt insuper quoque simul ab acribus hisce moleculis eadem exedi atque corrumpi (§. XX.).

## §. XXII.

Porro si lympha, per vasa lymphatica ad glandulas aduecta, effluere nequit (§. XIX. XX.), & chylo, propter compressa a tumefactis glandulis orificia, admisceri non potest (§. cit.); sequitur nihilominus a tergo denuo constanter lympha, in visceribus & cavitatibus absorpta (§. cit.), quae in valvulosis suis vasis iter ad Mesenterium continuat, cuius globuli sequentes antecedentes perpetuo premunt & vrgent; qui, propter valvularum structuram, retrocedere nequeunt: vas ergo lymphaticum vehementius iusto & solito in latius distenditur. Si eiusmodi expansio duas inter valvulas contingat, emergent inde hydatides. Sin vero tale vas lymphaticum ultra sphaeram cohaesionei fibrarum suarum distendatur, rumpi facile potest, suam lympham in cavitatem abdominis effundendo; quae ibidem collecta & sensim cumulata, hydropem satis contumacem gignit, nulla paracenthesi inquam sanabilem: quia disruptorum lymphaticorum consolidationem non sane inquam sperare licet. Hiantibus ergo perpetuo his vasis, lympham sempiterne ex hiunc his in corporis cava destillare & eodem loco coaceruari, necesse est.

## §. XXIII.

Tametsi autem a tergo succedens lympha parietes lymphaticorum non ita expandere potest, ut modo praecedente §. tradidi; refertis guidem hisce vasis & lym-

pha sic obrutis, vt ab huius mole non crepent, sed integra maneant: nulla tamen lympha ex arteriis, Ruyshio ita loquente, penicillorum in modum collectis, & pulposis seu succosis, in haec lymphatica influere poterit (§. XXII & XIX.). Quae itaque restitabit in ipsis locis, quibus a sanguine separanda fuisset. Et quum larga lymphae portio a connubio sanguinis, per venam portarum hepatis abdita subeuntis, segreganda sit; quo bilis spissior inde euadat; sequitur, lympha in sanguine relicta, billem quoque aquosiore esse futuram, ideoque ad resolutionem partium oleosarum minus aptam. Perspicuum ergo ex his erit, ciborum concoctioni denuo multum detrimenti, vt & chylificationi illatum iri, quod bile, aqueis moleculis abundante & diluiente, partes oleofae sero intime jungi & misceri nequeunt (per princ. chem.).

## §. XXIV.

Enim vero a tumentibus glandulis Mesenterii non comprimuntur modo vas lymphatica; sed nerui quoque isti (§. XIX), quos suo inuolucro exutos & orbatos glandularum substantiam intrare (§. IV.) prodidi: quia moliores & velut medullosi existunt, ideoque a compressione dicta longe facilius promptiusque affici laedique possunt, quam alii maiores, suis membranis, a dura meninge potissime ortis, adhuc cincti, vt pote qui compressioni magis renituntur. Si igitur a tumentibus glandulis (§. cit.) hi medullares tubuli comprimuntur, nulli spiritus chylo interfundi & commisceri; neque illum resoluere, poterunt (§. XIX.): ideo mirum non est, eadem fere, atque antea de impedita lymphae admixtione dictum est, oriri posse mala (§. cit.); nec tam citam & praesentissimam spirituum restitutionem & virium labefactarum refectionem fieri; quia, ob denegatum spirituum animalium affluxum, chylus non pro eo, vt conuenit, attenuatur; neque hoc pasto fluido neruorum proprie satis expediteque fecernendo adaptatur. Compressis vero illis ramis, qui ad Mesenterii glandulas adspirant, augebitur impetus spirituum in istos neruos ramos, qui per Mesenterium ad intestina decurrunt (per princ. hydraulic.). Increbet inde intestinorum peristalsis; quum spiritus, copiosius huc affuentes, & cauernulas musculares fibrarum longitudinalium & circularium (quae posteriores non perfecti sunt circuli, sed segmenta solummodo) subeuntes, has in citatiorem eumque alternantem, agant motum (per princ. physiol. & mechan.)

mechan.). Chymus idcirco citius, quam par aequumque est, ex intestinis tenuibus expellitur; unde tum  $\beta\epsilon\alpha\delta\upsilon\pi\epsilon\psi\alpha$  enascitur, in qua chylus, saepe magnam partem iam elaboratus, faecibus alii intermixtus haeret: intestinorum vero tam cereberrima est & citatissima contrac $\ddot{\alpha}$ lio, vel, si malueris, agitatio, vt etiam imposita abdomini manu haud difficile sentiri queat, & quasi conuulsiones internae adesse videantur. Et quia complures quoque nerui in cuitatem intestinorum osculis suis patent, spiritus, in intestina exeentes & faecibus admitti, illas magis resoluunt, sulphur illarum destructum in moleculas redigendo minutiores & subtiliores, quae faecibus & abominabilem foetorem, & acrimoniam satis mordacem, conciliant (per princ. chem.).

## §. XXV.

Quod si tandem neruorum haec in Mesenterio compressio (§. XIX.) vehe-  
mentior vsque adeo inualuerit, vt nihil omnino spirituum, neque per eorum furcu-  
los, in glandulas mesentericas dehiscentes (§. cit. & XVI.); neque per istas eorundem  
propagines, in intestinorum glandulas patentes (§. XIV.), tum chylo, tum intestinali  
succo, affundi queat: inde irregularis admodum & perturbatus spirituum animalium  
oriatur motus, necesse est (per princ. pathol.). Perquam enim insignes sunt & maxi-  
me conspicui plexus mesenterici, innumerabilibus ramis velut luxuriantes, qui non Me-  
senterium modo eiusque glandulas; sed vicinas quoque huic partes, spiritibus anima-  
libus locupletant (per princ. anatom.). Ut istos racemam neruorum ramos, qui a pari  
octauo seu vago, & a medulla praesertim spinali profecti, hosce plexus satis frequen-  
tes accedunt atque iis confunduntur. Iam vero si a nerui cuiusdam magnitudine seu  
amplitudine ad copiam fluidi, quod continet & vehit, concludere licet: certe quoque  
ex multitudine seu frequentia horum neruorum, haud sane improbabi ratione, pa-  
riter argumentari integrum est, copiosos spiritus animales, tum ex cerebro, tum ex  
spinali medulla, in hos plexus eorumque ramos deripiari, & continuo affluxu ad Me-  
senterium deferri: e compressis autem eorum sinibus, in glandulas dictas excurrenti-  
bus (§. XIX. XIV. XVI.), nihil effluere. Quoniam vero reliqui neruorum rami, per  
Mesenterium recurrentes & glandulas has praeterentes nec intrantes, dura meninge  
arctissime circumvestiti, & propterea multo duriores magisque resistentes, (quantum-  
uis

uis iridem ut omnes alii nervi, ex innumeris tubulis seu filamentis conciunati spectentur) existunt: contenti spiritus eos neque distendere, neque aliorum cedere queunt (per experim.). Quum autem fluidum, in cortice cerebri assidue secretum, ex oblongata & spinali medulla in hos nervos illabatur; hi vero, quia iam maiori eius copia, quam capienda & coercenda pares sunt, obrvuntur; nec plus fluidi in se recipere valent: necesse est, vt I) illud fluidum, vel in medullae spinalis, vel oblongatae recessibus interioribus restiterit; vbi earum molles & teneras fibras expandit, quippe quae, quum maxima sint mollitia, facilissime expandi se patiuntur. Consentaneum igitur est, alias medullares fibras, quarum nervi ad alias corporis partes proficiuntur, ita compresso coarctari: hinc non potest aliter fieri, quam ut spiritibus animalibus transitus, per ita compressas nervorum fibras, ad alias partes vel impediatur, vel interturbetur, vel omnino intercludatur. Clarissime idcirco liquebit, cur aliud obstrutio aliud ue symptoma, ex Mesenterii oppilatione natum, haud insolenter lassitudine insigni, viarium languore, diuersarum corporis partium debilitate, somnolentia & sopore, facilitate & propensione ad multisarias animi affectiones, vigilis aliquis huius fortis malis, stipatum sit (per §§. ant.). Vel II) spiritus illi, iam secreti, a retro succedentibus & denuo affluentibus spiritibus pressi & ad motum profluum impulsi, ab aliis nervis excipiuntur, in quibus, & copiosiores, quam pro tubolorum nervorum capacitatem, & propter istam pressionem, citatores fertuntur. Hi vero nervi vel (praeter alias partes, quas tacitus praeteribo) ad musculos, vel ad glandulas pergunt (§. IV. XVI. XIX. XXIV.). Qui ad musculos pertingunt, id munera exsequuntur, ut spiritus suos isti sanguini, in fibrarum muscularium folliculis contento, adscent, & eiusmodi motum concilient, qui miscelae spirituum semper adaequatus esse debet (per princ. physiol. & mech.). Si itaque spiritus ad illos nervos determinantur copiosiores; spiritus quoque iusto vberiores sanguini musculari admiscentur; quumque ex spirituum cum sanguine commixtione motus exoriantur (per §. XXIV.), liquido apparebit, inordinato copiosiorique spirituum affluxu, muscularerum quoque motum in maius augescere siue increbescere. Musculus ergo si iam motum exercet automaticum, vel, si magis arriserit, spontaneum, motus hic praeter naturae modum austus, multo celerior evadet & vehemens. Quando proinde ad cor hac via plures spiritus determinantur; palpitatio eiusdem

dem enormis, sine alia ratione concurrente, effici potest. A solis enim spiritibus animalibus vehementissime accelerari posse cordis motum, nonnulli animi affectus faciunt testarissimum; vbi, perseverante animi motu, cor perquam insigniter palpitat: cessante autem eo, motus ille violentus sua sponte evanescit. Si vero spirituum influxus in organa muscularia, respirationi famulantia, adaugetur; actio haec, (quamvis mixta sit, ita ut partim mentis imperio, partim sponte & mente nihil decernente, peragatur), diuersimode variatur & depravatur, prout vel diaphragma, vel intercostales musculi, magis fuerint affecta. Anxia inde & difficilis redditur respiratio; immo saepius suspiriosa & conuulsiva, quin quasi sterorosa. Pari modo si ad musculos laryngis & pharyngis spiritus copiosiores inordinate accedunt, hi indidem ita afficiuntur, vt, quemadmodum ipsis aegroti conqueruntur, quasi cuneus iugulo ipsorum infixus haereat, ob gulae sphincterem constrictum: quod si vero sphincter hic non satis resistat muscularis antagonistis, pharyngem aperientibus, potulenta inter deglutendum ipsis aegrotis vindentur, sono quodam obtuso, & vt ipsis dicere germanica lingua solent, quasi in olam apertam, decidere.

### §. XXVI.

Quum vero ab hisce musculis, laryngi de motu prospicientibus, glottidis rimbula multifariam vel dilatetur, vel coarctetur, haecque ratione vocis modulatio & sonus multis modis expediatur: clarissime liquebit, eam, spiritibus animalibus citarius iusto & copiosius in dictos musculos influentibus, itidem nunc praeter naturam effectum iri (§. ant.). Aer enim, inspiratu in pulmones ductus, & per asperae arteriae truncum, nunc longiorem & angustiorem, nunc breuiorem & ampliorem redditum, expulsus, dum rimulam interluit & egreditur, ab eius musculis, in spasticos qualescunque & quantoscunque motus agitat, persaepe multimodis modificatur, vnde magna soni varietas esse solet; quemadmodum id nobis multoties in aegrotis huiusmodi animaduertere contigit. Id quod quum venerandae antiquitati paradoxum est vixum, non miremur, eos in hoc morbo, praeter ceteros, subesse diuini quid, contendisse.

### §. XXVII.

Si porro spiritus hi, irregulariter motitati (§. XXV.), maiore copia ad illos determinantur corporis musculos, quorum contractio solo mentis nru perficitur

(§. cit.) multiunges spasm, conuulsiones, quin etiam epilepsiae variae species exsurgent. Non enim, nisi volente anima, ad illos musculos tot tamque multi spiritus velhuntur, quot motibus eorum perpetrandis pares sunt: nolente anima vero, flaccidi & laxi pendent (per experient.). Iam vero si nulli spiritus in nerueos ramos, glandulis obstrictis & tumefactis insertos, affluere & illabi queant (per §. cit.); interim tamen a cerebro & medulla spinali perpetuo aliis, ibidem secreti, a tergo succedunt, & trunco diectorum ramorum subeunt (§. XIX. XXIV. XXV.): hi a parietibus canaliculi fuorium, nec non a globulis subsequentibus pressi, in alios nervos, non ita spiritibus repletos, intrare coguntur (per §§. ant.). Id quod si istis acciderit nervis, qui in musculos, ad mentis praescriptum moueri solitos (per §. & §§. antec.), diffunduntur; spectatissimum cuius erit, spiritus hosq; iam, iniussu animae, in hos musculos transientes, eorum cauerntulas esse expansuros, hocque pacto dictos musculos, invita & nolente anima, in sui contractionem adacturos, arque ita corporis artus, pro diuersitate influxus huius austioris, variis motibus exagitatueros. Si leuior fuerit compressio (§. XIX. XXIV.) & spiritus ad aliquot dunitaxat muscularum determinentur, singularem solummodo partium spasm exoriuntur: sive autem ea grauior erit & vniuersalior (§. XXV. XXVI. XIV.), conuulsiones atque epilepsiae subsequi possunt. Qui violenti motus tam diu perseuerant, donec vel compressio glandularum in Mesenterio efflauerit, & solita ac pristina via spiritibus fuerit reclusa; vel euaporatio seu exhalatio paulatina spirituum, ad istos musculos praeter naturam determinatorum, fuerit consequa; sive id sudoris frigidi forma fiat, sive oris tortura spumam agentis (per experient.).

## §. XXVIII.

Ex haetenus adductis haud obscure patet, quor, quanta quamque grauissima mala, ex sola arteriarum mesentericarum obstruktione, subinde exoriri soleant. Concipiamus vero, stasin quandam, in extremitatibus horum vasorum factam, non expediti; aut sanguinem & humores alios, hue congestos, non evacuari: nihil dubii erit, quin denuo ingens morborum caterua, indidem in scenam sit proditura. Namque humores, in hisce vasis diu seu per longum tempus stagnantes, & in loco calido arque humido foti, sensim sensimque fermentescant seu interiori motu cieantur, neesse est. Hanc vero intestinam stagnantium humorum agitationem seu fermentatio-

nem,

nem, pro diuersa conditione & habitudine partium, ex quibus humores hi stagnantes constant, diuersam quoque esse futuram, nemini obscurum erit, Zymotechniae satis gnaro. Si igitur humores, hoc loco aggesti & coaceruati, acri alcalino-sulphurea erunt natura atque indole; nihil est certius, quam quod per fermentationem talem eadem haec salino-sulphurea, in loco calido & humido detenta & subsistentia, hacque via exaltata seu multo acriora & concentratoria reddit, vehementius longe ac validius in se inuicem agant: salia quippe, iam liberiora facta, comminuent & resoluent illud sulphur seu oleosas istas partes, a quibus ante implicata inuolutaque detinebantur, eorumque actio impidebatur. Sulphur itaque tali modo extenuatum & subtilius nunc redditum, exhalando se in venas insinuat, per quas reuehitur: salia autem, iam longe acriora & actiuiora, in loco affecto relicta, fibras solidarum partium irritant & erodunt; partes sanguinis terreas attenuant; quae ira resolutae & venis receptae pariter ad sanguinem redeunt. Inflammatio igitur, in Mesenterio solummodo obnia, vix quicquam doloris aegroto affert; quia nervorum fines perquam molles existunt nec acute sentiunt (§. IV.): longe autem molestior erit & asperior vicinis partibus. Er enim hisce arcessit varia mala, velut anxietates praecordiorum, conatus vomendi, nec raro quasdam cholerae humidae & siccae species, vehementia ventris tormenta, tumores abdominis, multo dolore coniunctos, aliaque huius generis (per experient. & §§. antec.). Partes autem resolutae acres, quas a venis haustas & receptas in sanguinem reduci ante tradidi, si eo peruererint, ipsum sanguinem aggrediendo resoluunt & attenuant; unde aegrotanti febris, cum pluribus symptomatibus consociata, enascitur (per princ. pathol.), febris mesentericae seu stomachalis nomine appellata, recentissimis vero aliquot Medentibus, intestinalis appellatione salutata.

## §. XXIX.

Stasis, in Mesenterio haerens defixa (§. XXVIII.), vel resoluitur, & ita sanguis subsistens in motum profluum redigitur; vel, resolutione ad irritum cadente, in suppurationem; vel, nec hac succedente, in scirrum & cancerum, aut in gangrenam & sphacelum abit (per princ. pathol.). Si resoluitur haec stasis, (hoc est, stagnantes acres particulae, ab lateribus vasis, in quo haerent interceptae, premuntur, & simul a liquidis dilutioribus, retro succendentibus, ad motum profluum vrgentur, vt ita nunc

attenuatae per anastomoses in venas transeant, & pristinum suum expeditum motum recuperent,) reliqua vasa inundantur & inquinantur ceteri humores ab hisce acribus particulis, in libertatem vindicatis; exasperatur igitur indidem febris cum omnibus suis symptomatibus. Illud vero in stasi resoluenda caput rei est, vtrum particulae, in stasis delapsae, commode euacuari queant, nec ne? Quod si enim sufficienter praeparatae fuerint & attenuatae, atque ad loca, excretioni earum apta & opportuna, deuenientae; critica oritur vacuatio, pro loci excretorii diuersitate, varia: sin autem hae acres partes non satis resolutae sint & dilutae, per fines seriferorum, in excretoria hiantium, penetrare nequeunt. Protrudentur ergo vel ad vasa cutanea, vel non. Si in cutanea urgentur, per quorum angustos fines permeare non valeant, in iis pedem figunt, vasa haec expandendo & sanguine acri replendo, atque hac via inflammationem de integro inferunt, febre tam diu incomitatam, donec vasa, paulatim dilatata, partes istas transmittant; aut, erosio & ampliatis finibus vasorum, sub cuticula aggregantur, & ita, pro diuersa harum partium qualitate, diuersas pariunt efflorescentias cutaneas, quae exanthematum nomine venire solent.

## §. XXX.

E contrario si partes hae, ex inflammatione quidem expeditae, sed ab hac perquam immutatae (§. XXIX.), non ad cutim determinantur, sed ad interna viscerera congeruntur, horum vasa acribus hisce particulis inundant; quo visceribus his inflammatione accenditur: unde functiones eorum, quas vitae & sanitati praefstant, iacturam faciunt. Atque ita hisce partibus, in quas huiusmodi moleculae congeruntur, pro diuersa ipsarum habitudine & conditione, diuersae etiam proueniunt inflammations. (per princ. patholog.). Si proinde id meningibus contigerit, emergit inde phrenitis; cortici autem cerebri, apoplexia: sin vero idem ejus medullae euenerit, enascuntur inde affectus soporosi. Quum vero haec eadem fauibus acciderint, diuersae his partibus exoriuntur anginae species: in pulmonibus autem si sedem sibi suam fixerint, exsurgit peripneumonia, & in pleura ita dicta pleuritis. Quando autem diaphragma fuerit incensum, ei paraphrenitis conflatur; ventriculus vero si tali inflammatione fuerit correptus, gastritis inde prodit. Hepar si obsederit, hepatitis se profert, & in liene

liene splenitis. Renes tandem quum occupauerit, nephritis progignitur. Et ita in aliis quoque partibus corporis variae inflammationes, hoc loco omnes enumerari haud necessariae, succendi possunt, quarum singulis sua est ipsius facies & decursus.

## §. XXXI.

Quod si stasis ista, in Mesenterio facta, non fuerit resoluta (§. XXVIII. XXIX.), partes istae ob moram diurniorem acres redditae, acrimoniam iam concipiunt (§. XXVIII.). Namque id, quod adhuc subtile est & aquosum ac tenue, a vasis lateraliibus absorbetur, remanentibus salibus, quae ita difflati liquido, ea diluente, magis accipiuntur & exasperantur. Quae ideo spiculis suis & pondere specifico, salibus quibuscumque concentratis proprio, in molles ac teneros vasorum fines agunt, fibras eorum compungendo, stimulando, dilacerando atque in interstitia dictarum fibrarum penetrando, quas diuulsas ita patefaciunt, ut liquidis contentis per patulas & hiulcas fibras exitus pateat. Iam ergo illud, quod stagnauerit, ex diruptis hac ratione vasis effluit, &, (quum singulorum vasorum fines pellicula quadam videantur inuoluti), (per princip. anatomic.) in istam pelliculam sese effert. Effluis his atque in significatam pelliculam effusis particulis acribus, quae vasorum meatus intrecepserant & obstruxerant, a tergo iam succedere possunt humores, iis longe blandiores, aquosi & oleosi, qui liquido extravasato admixti, blandiorem induunt habitudinem; acres nimium partes diluendo, inuoluendo, temperando inque pus blandum & bonae notae conuertendo (per princip. patholog.). Pus hac via genitum, vel manet in illa capsula, vel non. Si prius obtingit, abscessus dicitur, quem in Mesenterio saepius ortum & in cadaveribus animaduersum fuisse, obseruatorum monumenta testantur. Huiusmodi vero abscessus, in Mesenterio stabulantes, per satis longum temporis spatium aliquo posse, sine singulari vitae incommodo, experientiae fide abunde constat: quia huius partis actiones ad vitam sustinendam minus necessariae, & si fuerint laesae, non statim manifestas sunt & Medentium sensibus obviae (§. II. III. IV.).

## §. XXXII.

Sin vero posterius, istiusmodi abscessus, conceptaculo membranaceo, cui pus inhaeret inclusum (§. XXXI), praeter modum & ultra fibrarum eius cohaesionem dilatato, facile dirumpi potest. Eo autem dirupto, pus in abdominis cavaum defluit &

istic coaceruatur. Vasa, ex abscessu rupto aperta & hiulca, iugiter nouum pus extillant: abdomen ergo inde sensim expanditur inque tumorem saepe ingentem distenditur, hydropis purulentii nomine venientem, vbi aquarium loco (§. XXI), purulenta materia deprehenditur. Materia haec, in abdomine fluctuans, denuo in motum quempiam intestinum seu fermentantem transit, & in eo diu detenta, maiorem contrahit acrimoniam: aer per fermentationem ex corporum fermentantium interstitiis excluditur (per princip. chem.), exclusus ita per calorem, fermentando auctum, expanditur (per princip. physic.), qui abdomen tympani in modum extendit. Oritur itaque identidem hoc modo vt (§. XXI), iste truculentus morbus, qui tympanitae nomine in Medicorum scholis cieri solet, omnem medelam vt plurimum eludens.

## §. XXXIII.

A venarum quoque initii pus istud, hac ratione generatum (§. XXXI), absorberi potest, idque dupli via. Vel enim pus factum est sine perfecta vasorum disruptione; expansis folummodo eorum finibus vasisque dilatatis: & tunc, dilatazione eo vsque continua, vt illi arteriarum fines simul aperiantur, qui tanquam sanguinei cum venis anastomosi coēunt, pus in venas has transmigrare potest. Vel abscessus est formatus (§. XXXI), &, diductis abscessus parietibus, dilatari etiam possunt venarum orificia, in hunc abscessum delhiscentia, quae materiam purulenta, sub stasi acriorem factam & subtiliorem, absorbere & ad cor reducere queunt. Cum autem omnis sanguis, ab extremitatibus revertens, omnium primus per pulmones feratur, vbi ei per angustissimos retis vaculos Malpighiani tubulos transfundum est; facile apparebit, esse futurum, vt purulenta haec amurca, horum tubulorum angustias transiens, in iisdem moram necat, & tardius iusto ac solito eos percurrat (per princip. physic.). Quo fit, vt ea, magis in glandulosam asperae arteriae tunicam irruens, in huius acinis copiosius fecernatur: ex quo deinde satis frequens purulenta materia per screatum reiecit, tussis, cetera, enascuntur, nullo vlcere in pulmonibus apparente & obuio. Purulenta enim haec excretio, hoc in casu, solis istis particulis purulentis, a Mesenterio ad pulmones translatis, accepta est referenda, quae interdum vel perspicacissimis Medentium phthisis esse vera videtur (§. I. III. VI.).

## §. XXXIV.

## §. XXXIV.

Quum vero materia haec purulenta crassior & multo acrior, quam (§.XXXIII.) dictum est, extiterit, viisque in vasculis ipsis minimis, pulmonum cellulas cingentibus, subinde stagnare potest, ea peredendo siveque sputum, modo sanguineum, modo purulentum, nec raro sanguineis striis variegatum, efficiere. Quid? quod ipsis pulmonibus quoque, diutius ibi stagnando, varia vlcera inferre valet, in veram phthisin, omnibus hec tis symptomatibus comitata, haud insolenter degenerantia, cuius curanda vix illa affulget spes: quia ex Mesenterio semper noua quaedam materia purulenta, etiam si priora vlcera suffident consolidata, huic afferetur & aggeritur. Immo possunt quoque haec vlcera, pulmonum superficie erosa & perrupta, pus suum in thoracis cauum effundere atque ita empyema progignere.

## §. XXXV.

Fac vero etiam, purulentam hanc materiam per vascula reis Malpighiani (§.XXXIII.) transire, eaque inoffensa & illaesa relinquere, atque ita cordi sinistro refundi; intermiscebatur tamen ista sanguinis massae aequaliter: id quod inde perspicuum est, quoniam sanguis, hoc tempore e vena secta detractus, saepe maximam partem purulentus spectatur. Quo itaque fit, ut crasis totius massae sanguineas corrumpitur, vasa corporis acribus & sulphureis implentur humoribus. Pus ergo hoc, sanguini interfusum haerens, quod fermento similiter agit, reliquos in vasis humores simili labe inficit, & suo ipsis ingenio induit; vnde haud mirum, sanguinea liquida maximam partem persaepe conspici purulenta. Resoluuntur enim sulphureae seu oleosae particulae, rubicundis globulis internatae (per princip. chemica); viscidum redditur serum, calor latus illis omnium praecipue solidis partibus, quarum exquisitor est sensus, & quarum vascula sanguifera magis conspicua sunt, (quod teneriore duntaxat membrana continguntur, atque ideo oculis magis patent, cuiusmodi labia oris sunt & genae seu malae,) accenditur, & in volis manuum in primis percipitur. Resoluti equidem huiusmodi humores suppeditant satie copiosos spiritus (per princip. Physiol.), sed citissime exhalabiles & dissipabiles; vnde summa animi & corporis inquietudo ac perpetua huius lassitudo & virium defectus: atque, ut breue dicam, len-

ta febris, in hecticam brevi transitura, ab hoc pure, in Mesenterii latebris generato, & aequaliter iam sanguinis massae intermixto, suboritur.

§. XXXVI.

Resoluitur autem non ab eiusmodi solum materia purulenta (§. XXXIII, XXXV.), sed facile etiam fieri potest, ut ex hac massa sanguinea praecipitentur quasi exulceratae quedam partes ad alia loca (§. III.). Id quod eam ob caussam tanto facilius accidere potest, quanto difficilius crassae illae & crudae particulae (§. XXXIV.) minimorum vasorum anastomoses transire possunt: quum, propter destructum sulphureum, maior partium facta sit cohaesio & moles (per princip. physic.). Praecipitatio vero haec nunc contingit, vel ad loca excretioni apta, vbi ex emissariis vasorum, in haec loci hiantibus, praecipitata ista exstallat; vnde excretiones quidem nascuntur purulenta eaque perennes, nullum tamen morbi leuamentum aegroto afferentes; quia nouum semper pabulum a materia ista purulenta morbo suppeditatur (§. XXXIV.): vel ad loca, ad excretionem minus apposita, vbi horum culpa ista praecipitata excludi nequeunt. Vel praecipitatio denique haec contingit ad excretoria quidem idonea, sed praecipitatae partes, suo ipsis vitio, ea penetrare atque exire nequeunt (§. cit.): vnde non potest fieri, quin heic subsistant sieque nouas exulcerationes excident, cum diuersis, pro diuersa partium conditione, symptomatibus connexas, generalissimo phthiseos vel, si magis placet, tabis nomine cognitas: cuius census deprehenduntur phthisis abdominalis, phthisis seu tabes renalis, dorsalis, cetera.

Quod si autem huiusmodi purulenta illuviae (§. 31.) sanguinis massae interfusa (§. 33.), & per pulmones trans-eundo (§. 35.) in sinistrum cordis antrum reuenuta fuerit, pars quedam eiusdem cum sanguine per carotides ad cerebrum conendet. Vbi si angustissimos ejus meatus interceperit, sive subsistendo obstrunctiones, fistulas, suppurationes, abscessus, vlera ibidem fecerit; aut si sua acrimonia eos erodendo, perendendo aliquo modo laetendo perfregerit & destruxerit, liquida indidem emanantia intra cranium effundantur, necesse est, quae ibidem collecta & coacervata, denuo varios morbos hoc pauci corpori arcessere valent. Abscessibus quippe isthie ortis, aut liquoribus intra cranium vixiam effusis & cumulariis, tenerrima & pulposa neruorum initia ab iis comprimi posse, sive spirituum animalium secretionem & transitum per nervos intercludi vel certe impediiri, quisque facile, vel me silente, perspiciet. Non potest igitur fieri, quin istae corporis partes, ad quas eiusmodi grauier affecti aut compressi nervi concedunt, & motus sui, & sensus jacluram & detrimentum faciant, velut paralytes, quibus actiones eorum aboleuntur, vel certe immunvantur aut depravantur; prout compressiones istae nervorum & partes affectae inter se dissiderint.

Quod



Quod si proinde liquores tales in cerebri ventriculos fuerint effusi, aut ad medullas spinalis initium haeserint; vel si ipsa spinalis medulla abcessu quoipiam comprimendo grauter fuerit affecta; nascetur inde immobilitas nec raro insensibilitas omnium musculorum, qui nervos suos a cerebro & cerebello recipiunt, quod morbi *παραλύσις* nomine cire solent. Cuiusmodi paralyseos intentionem initit Bonet in Sepulchre. Lib. 1. Sec. 15. observ. 6. de muliere iuuenie, quam prius, inquit, affectum paralyticum superiores brachiorum partes, sensim ad extremitates manuum, ac tandem ad crura descendente, denique delirio & epilepsia eortem apocubuerisse. Aperio crano omnes cerebri ventriculos aqua resertos, vii & medullam spinalem ab aquis compressam invenuta fuuisse. Vid. & obs. 10. in eod. libro. Sin autem nervi illi, qui ad alterum corporis latus, sine laevum, sive dextrum excurrunt, comprimantur, emergit inde *μαυράνησος*, quae omnium frequentissima est, & plerumque ab apoplexia & vulneribus cerebro inflatis, relinquitur. Conf. Tulp. Lib. 4. observ. 1.

Qui ergo, quae de paraplegia & hemiplegia commemorare sunt, diligentius perpendit, is nullo negotio perspicet, paralyse partium singularem ex eodem fonte endanare posse, materia morbifica per metastasis (§. 36.) ad singulos nervos translatu. Sic si purilla quaesdam collunies, (§. 31. 33. 35.) cum sanguine per aortam descendente delata, alterutrum renum perierit, ei inflammationem (§. 30.), abcessum (§. 31. & sqq.) aut scirrhum (de quo infra) confabat, semperque fere suscitabatur paralysia in partibus inferis, affectae parti subiectis, velut in cruribus, observatione loquente. Si porro altius inficiamus tunicas, suum quicunque nervum inuestientes, eas vasorum sanguiferorum & seriferorum copia abundante deprehendimus: nihil ergo dubii est, quin & in haec materia morbifica (§. 29-36.) transferri circulationis lege possit & similem tragediam ludere. Argumento esse possunt tumores, obstruktiones, inflammationes, abscessus, in tunica nervum opicum cingentes, nati, vt qui cassum amarozeos subinde fuuisse obseruati fuerint; nec dubio careret, quin omnes exteris nervi similiter affici possint (§. 25. 27. 30-36.).

Curatus ea perpensi, quae supra explicata leguntur, & partium nuxum diligenter consideraturo, haud sane obscure apparabit, complura vtrique mala Practicis fuisse obseruata & literis quam diligentissime consignata, quorun rationes seu fendi modos siccio, vt aiunt pede, praestererunt: quod, vt mihi videatur, illi eis vel omnino non, vel minus perspecti fuerunt. In hunc censum parsis ex colica omnium praecipue deferenda venit: omnes enim *τό δέτη* asserunt: de *τό δέτη* autem ultima eiusdem est silentium. Consentaneum quoque est, ab eadem causa, si nervorum origines in cerebro validius intu premar, vel plane comprimir, multorū omnium sensitum & motuum voluntariorum exercitū afferri & aboliri posse, superfite duntaxat cordis mou & respiracione, atque ita apoplexiam infligi. Neo villus est fadoris id pluribus obseruatis confirmatum dare, si mihi licaret atque expediret esse prolixo, experientia quotidiana praesertim satis loquente, & *παραλύσιος*, & *μαυράνησος*, & aliarum partium *παρεξίας*, haud insolenter *πατολήγησις* excipere. Quod si vero nervi motorii fluido nervo perniciem permeabilem fuerint relieti, qui in musculos sparguntur, nulla erit dubitatio, quin nervorum fluidum in eos maiore copia & vi validiore agitari queat; unde exsurget morbus, omentum dirissimum, epilepsiae nomine satis cognitus (§. 25. 27.), in quo homines subito in terram concidunt, cessantibus sensibus, tum externis, tum internis sensibus, cum violenta & inuoluntaria, vel omnium, vel nonnullorum musculorum, alternante actione, quae, interiectis quibusdam intercallis, vbi morbus interqueritur, denio recrudescit tandem, atque antea, tragediam ludens (§. 25. 27.) quae nouis paroxysmus in scholis medicis appellari conseruit. Audiamus rantum Ioh. Fernelium, Medicum experientissimum, Lib. 5. p. 272. „quae in cerebro fit epilepsia, inquietem, aperio eorum, „qui e viuis decesserunt, capite animaduerta est, sive aliunde excitari, quam ex Ventricularum infarctu. „Causam interdum deprehendi, cerebri abcessum esse; & p. 280. in consilio pro epileptico haec habet:

„memini, iis dissectis, quos viventes morbus comitialis aliquando immaniter corripuerat, me alias circa meminges, alias in cerebri subitanis putridam quandam & glutinosa fumem, quantitate fabae aut nutris iuglans inuenisse, quae crudelis huius & immanis affectus fomes fuerit. Conf. Bonet. Lib. I. Sed. 12. obs. 20, 24, 29. ceter. Neque difficile erit intellectu, cur vitales motus in homine, apoplexia correpto, inostensio relinquuntur, & cordis ac thoracis actiones superficies remaneant, partibus ceteris, corporis actiones naturales & animales expedire solitis, a suo motu plane cessantibus? qui enim ex Anatomicis didicerit, nervos, partibus vitalibus ancillantes ex cerebello emas; eos vero, animalibus & naturalibus actionibus exsequendis inservientes, ex solo cerebro originem suam ducere: is haud aegre perficiet, fluidum nervum si ei aditus & via per hos nervos praeculadatur, auctiore vi & copia in illos, qui vitalibus partibus ministrantur, esse ruiturum. Ex his proinde satis appariturum censeo, cur in apoplexia vitales actiones super sint, omnibus sensibus & motibus voluntariis cessantibus (§§. ant. & §. 25.).

### §. XXXVII.

Si vero materia (§§. antec.), ad Mesenterium congesta, minus acris fuerit & sulphurea; magis vero terrea ac proinde viscida (per hypoth): aut si etiam concedamus, eam prius, quam in Mesenterium congesta fuit, iam vrcunque acrem fuisse (§§. ant.); consentaneum tamen est, quod ea, in glandulis aggesta & stagnans, praelertim si stagnatio haec per longum temporis spatium perseverauerit, maiorem limpidorum humorum affluxum ad affectam sedem sit excitatura. Ex quo fit, vt humores stagnantes viscidii; etiamsi simul acrimonia qualicunque fuerint imbuti, satis tamen diluantur & temperentur: inde evenit, vt salia haec, quae stagnanti materiae inhaerent, hac ratione a sero limido solita & recepta, sieque ex nexus cum stagnantibus humoribus expedita, cum sero isto per vasa lateralia auferantur & ad massam revehantur sanguineam, relinquendo particulas istas terreas & viscidas in loco obstructo. Non igitur arduum erit inde perspicere, quemadmodum Mesenterii scirrhos, ex hisce relictis & in obstrueto loco obhaerentibus particulis terreis, emergere queat. Id quod eo facilius continget, si in ipso glandulae cauo statim fuerit facta: quia id, quod liquidius, per ductus excretorios haud difficile absorberi, & affluens lympha ita diluere salia potest, vt sic diluta, simul cum hac lympha, se a terreis istis restitutis particulis in libertatem vindicare, & per excretorios ductulos euacuari queant. Videas igitur, cur scirri Mesenterio tam sint frequentes, vt raro etiam aperiantur caduera humana, in primis infantilia, quin in Mesenterio induratas glandulas habeant reconditas, in scirrhum & saepe lapides degenerantes (§. VI. XIV. XV. seqq.).

### §. XXXVIII.

## §. XXXVIII.

Quanta vero damna ab eiusmodi scirrhis Mesenterio subinde veniant, facile perspectu erit expensuro, eorum mole & duritie vasa lactea comprimi (§. XVI. XIV.): quo fit, vt, chylo insufficiente copia ad sanguinis massam delato, reliqui corporis nutritio plurimum detrimenti capiat (§. XVI-XVIII. XX. XXIII.), & humorum detritorum refectione seu redintegratio impediatur (§§. ant.); quo corporis incremento, in tam tenera aerate, obex ponitur, vt iam supra (§. XIV-XVIII.) annotauimus. Adulatores vero indidem sempiternam velut corporis imbecillitatem & virium languorem, nec villam ab ingestis cibis, vel lautissimis, earum refectionem persentilicunt (§. XVIII. XXIV. seqq.). Chylus autem ipse, iam in ventriculo & intestinis elaboratus, & ad sui transitum per vasa lactea adaptatus, quum sibi eo nullus satis expeditus pateat aditus (§. XVII.), in intestinorum sentina remanet & coeliacam passionem profert, vt ex (§. X. XIV-XVIII.) & supra passim significatis abunde dilucebit.

## §. XXXIX.

Praeterea totum *χυλωποιήτεως* negorium hisce glandularum Mesenterii scirrhis turbatur. Induratis enim his glandulis, non possunt non, tum vasorum lymphaticorum orificia (§. XVI. XIX. seqq.), tum neruorum mollia extrema (§. XXIV. seqq.) quae chylo praeterlabenti sua liquida admiscent, comprimi. Et quamvis a ductu Pecqueriano aliiquid chyli recipiatur: is tamen haudquaquam ita est praeparatus, vt statim nostris assimilari humoribus queat; sed adhuc satis crudus & latus eis illabatur (§. & §§. ant.), ideoque nec ad transitum per vasa minima, nec ad varia menstrua fecernenda, appositus. Et quum huius indolis chylus, si sanguini fuerit commixtus in pulmones omnium primus feratur, illico in iis stagnat, excitando tussim siccam satisque molestiam, continuo post pastum afflagentem. Atque quantumuis per haec vasa fuerit permanare coactus; nihil tamen dubii est, quin in aliis corporis locis pedem sit fixurus & viscera obstructurus, hacque ratione plurimis morbis viam panfusus. Quum vero is etiam crudus & crassus seu latus maneat; clarissime quoque cuius liquebit, quo pacto idem variis menstruis separandis moram atque impedimentum iniicere queat, sieque cibis inde resoluendis & digerendis detrimentum inferre: vnde denuo plures cruditates corpori succrescant, necesse est (§§. antec.).

## §. XL.

Quod si denique materia haec scirrhosa, in glandulis subsistens, ob salia noua, paulatim accendentia, de integro fermentare incipiat, tantam inde consequetur acrimoniam, ut vasa perendendo dirumpat. Et quum vasa, humores a tergo alioquin aduehentia, iam omnino sint obstructa (§. XXXVII.), nihil seri, acrimoniam istam temperantis, hue succedere potest: nihil itaque erit certius, quam quod acrimonia haec in dies ingraueseat, & alte lateque serpendo, se latius diffundatur, & hoc pacto atrocissimum istud malum, quod cancerum appellamus, in lucem proferat. Qui, quam diu in suo conceptaculo conclusus & reconditus haeret, tam diu cancer occultus audit: quam primum vero, effractis repagulis, indidem se effert & acerri-  
mam ac foctidissimam faniem exfudat, exulceratus nominatur seu apertus.

## §. XLI.

Sed tempus fert canere receptui & vela sermonis contrahere. Haud diffi-  
teor, tantam esse huius argumenti copiam & vberatem, vt, si coner omnia hic ex-  
promere, quae in hac rem dici possent, mihi non dissertatione suisset excudenda, sed  
magnum volumen. Mihimet vero satis est tantummodo ostendisse, quantae sit &  
vilitatis, & necessitatis, vt Medicus, rationi & conscientiae suae conuenienter curatu-  
rus, semper de prima cauilla ac sede morbi indaganda cogiter & sollicitus sit, vt ma-  
lum imo de stirpe quantocius recidat, nec, altas illud agere radices, permittat; ne-  
que solis symptomatibus mitigandis & demulcendis operam nauet, quippe quod non  
curare est, sed potius morbum atere & extrahere. Nam ille morbo cuidam me-  
deri ex vero fertur, qui ipsum malum eiusque primam & principalem effectricem  
caussam funditus tollit atque aufert; quippe sine quo omnis curatio vana est & ir-  
rita. Quanta enim, quam multa & quam multifaria mala ex male affecto Mesen-  
terio enasci possint, dissertatione hac abunde testantur: tanta etiam, tam multa, imo  
longe plura tamque plurifaria ex aliarum corporis partium, praesertim pancreaticis he-  
paris aliorumque viscerum laesione exoriri queunt. Ne igitur longior sim, quam  
mihi constitutum est, faciam loquendi finem.



CLARISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
**DOMINO CANDIDATO**

P R O M O T O R

D. PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER

S. P. D.



Nibil, Candidate Dignissime, dignius, nibilque velius a Te proponi potuit, quam pathologica mesenterii & pancreatis contemplatio; cum hisc in partibus fecunda plurimorum lateant semina. Quae enim ab Asellio & Wirsungo nobis apertius demonstrata, quæque eorum labore emendata fuerunt, in curationibus ansam præbuerunt, caussas morborum profunde latitantes solerius indagandi, affectiones faciliter explicandi & curationem promitus clariusque perficiendi. Mirifice itaque me delectauit argumentum, quod thematis inauguralis loco conflictui publico exponis, numquam satis exhaustiendum. Hoc ipso autem labore ostendisti, veram & rationalem medendi methodum tam arte cum theoria contineri vinculo, ut agerrime separari queat, inno theoriam praxin ad solidorem perducere rationem; omnem vero speculationem, quam subtilis etiam & ingeniosa sit, vanam sterilemque esse. Quam itaque proprio marte conscripsisti dissertationem, eandem quoque Te solum cum aplausu omnium masculæ defensurum, certissime augor. Felicem igitur Te prædico, qui omnem in Medicina, qua rationibus physico-mechanicis inititur, solide addiscenda adhibuisti diligentiam, Tibique non de egregiis tantum in arte nostra acquisitis profectibus, verum & de supremis in Medicina et Chirurgia, premii loco, a gratioso Ordine Medico decretis dignitatibus ex animo gratulor, nihil magis in votis habens, quam ut Propitium Numen Tuos in artis exercitio conatus omni benedictione genere secundet, Teque saluum hospitemque in patriam reducat; quo Tuum sub docta & rationali praxi felicem se prædicare possit. Vale.

E

VIRO

V I R O  
PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMO  
SVMMORVM IN MEDICINA HONORVM  
CANDIDATO DIGNISSIMO  
AMICO EX PAVCIS LECTISSIMO  
S. P. D.  
IOANNES G V T S L E F F  
LIVONVS. M. C.  
OPPONENTS



M aximo cum gaudio amplector occasionem publicis **TIBI**, AMICE PRAESTANTISSIME, indicandi litteris, quanti ego **TUAM** omni tempore exstinxauerim amicitiam. Quamvis vero modestia **TUA**, qua in **TE** singularis est, prohibere videatur, quo minus **TIBI** panegyrix nunc dicam, atque in laudes **TUAS**, admirabili scientia promeritas, excurrat: tamen non contrarium **TIBI** fore arbitror, si illi fontes a me describantur, ex quibus **TUAM** hauisisti eruditonem. Nam ita satis luculenter patesiet, **TE** neque praclaro ingenio caruisse, neque temporis, neque sumtibus, neque studio percerisse, neque aliud quid intermississe, quo opus est, vt debitam consequatur matritatem cognitionis doctrinæ mediceæ. Duodecim anni sunt, quos partim in Academiis studiorum causa, partim etiam aliis in locis exercenda praeceos medica gratia consumisti. Primum **TE** Jenam contulisti, atque in hac famigeratissima musarum sede celeberrimorum Doctorum, præcipue Illustr. b. m. HAMBERGERI scholas tam theoreticas quam practicas per quinquennium assidius frequentasti. Tunc temporis iam dignus eras summis in medicina honoribus, testimonio amplissime facultatis Jenensis medicae. Ut vero **TIBI** metu Ipse magis satisfaceres, viribus **TUIS** in medicina practica parum confidens Halam petiisti, vtpote sedem Practicorum longe celeberrimam, ubi non solum in practicis majoribus acquisuisti profectus, sed & in theoreticis cognitionem **TUAM** mirifice amplificasti. Ad artis exercitia, propriamque experientiam adspiratus Lipsiam **TE** contulisti, ibique per tres fere annos medicinam felicissimo cum successu fecisti. Sed perspectis iam nonnullis defectibus, in ampla praxi medica obviis, quos non nisi bene.

beneficio subtilioris Anatomie supplendos putabas, cogitatio animum Tuum subiit, Berolinum iter faciendi, ad audiendum ibidem magnum MECKLILUM, Anatomicorum facile principem. Atque ita desiderata quoque cognitione fatis imbutus, Halam iterum redux me ante tres & quod excurrit annos studia mea inchoantem ibidem imuenisti. Ex quo tempore amicitia Tuam me hanc indignum existimans familiaritatem mecum contraxisti, mihiique frequentissimam occasionem dedisti ex doctissimis Tuis sermonibus egregios percipiendi fructus. TUAE ideoque priuari continuo familiaritatis via mili admodum erat ingratum, dum e re TuA esse videbatur ob turbas adpropinquantes bellicas Hala discedere, Taque Seruestum conferre. Neque hic locorum in otio transegisti tempus, nam ibi exercitio artis salutaris pernultis profuisti agris. Auctus iam amplissima gloria atque existimatione parta TIBI ante strata agrotantium, Halam rediisti, Doctoris dignitatem impetratus. Cum ista occasione publicum quoddam eruditionis documentum scripto aliquo edi debeat, vitissimum thema in dissertatione TuA inaugurali praetulare decreuisti, *morbus ex laeso mesenterio oriundos euoluturus*; ad id faciendum ductus frequentissimis observationibus, TIBI in praxi obulis. Defensurus hanc praecellare conscriptam dissertationem in me opponens collocasti munus, nouo TUAE erga me amicitie benevolentiaeque documento. Nam opponentis spartam in me eo lubentius fuscipio, quo certius persuasum habeo, fore, ut ex publica ista disputatione amplissimos percipiam fructus. Superuacuum praeter fore exitimo, de Dissertationis TUAE (quamvis prima tantummodo contineat lineas tractatus cuiusdam prolixioris eadem de materia a TE in posterum edendi) praestantia verba facere, vbi iam ipsum opus suum fatis laudat magistrum. Quapropter nihil amplius restat, quam ut TIBI bona verba dicam. Et sic TIBI, PRAESTANTISSIME CANDIDATE, ex animo gratulor de egregio hoc publico eruditionis TUAE specimine, & de studiis TUIS felicissime ad finem perductis. Gratulor TIBI de summis in medicina honoribus, in TE solempniter iam conferendis! Conseruet TE Deus T. O. M. per longam annorum seriem incolumem hospitemque, Taque largiatur praemia pro tot laboribus merita! Fruaris quam diutissime Doctoris dignitate in agrotantium solatium, in artis & patria ornamentum ac decus, Tuumque emolummentum! Quod tandem ad me adinet, abs T maiorem in modum peto, ut me & in posterum amicitia TUAE habeas commendatissimum, atque de me persuasus sis, me in TE amando ornandoque nemini fore secundum. Vale! Dab, Halae ad Salam.



die XVI. Augst. MDCLVIII.

V I R O

PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMO NEC NON EXPERIENTISSIMO,  
SVMMOS IN SCIENTIA MEDICA HONORES LEGITIME

IMPETRATVRO:

D O M I N O

DOMINO FRANCISCO HENRICO  
ZIMMERMANNO,

MEDICINAE CANDIDATO DIGNISSIMO,  
AMICO OMNIVM PRAESTANTISSIMO SVAVISSIMOQUE

\* \* \*

S. D. P.

O P P O N E N S

IOANNES BERNARDVS HENRICVS GOEBEL,

HORIDA-MARC.-GWESTHAL. ACAD. FRIDER. ALVMN.



nā hodie fortuito mihi præbita, qualecumque grati erga TE animi testimonium publice edendi, magnopere delectatus, ambabus eandem traxio. Solidissima TVA in medicis aliisque, qua gaudes scientia, non tantum inter omnes, qui TE, jacentibus ipsis manus præsertim auxiliatrices præbendo & alioquin non habent nescium, palam permanavit, sed & ex doctissima TVA dissertatione publici jam-jam fit juris. Cum hac perpetuò in TE conjunctam se præbere humanitatem livoremque nullo TE adire pacto, multos laudare testes, meum non arbitror. Nepotem ex fratre TVVM unicum tantummodo in hoc volo citatum. Tres enim ante annos omnibus hec ardentibus flagrantibusque bello, Seruestum TE contulisti, ibique à Marte remotus principia TVA media cum illo communicando, ad academica illum reddidisti apertissimum. Ipse ego multa TVAE debens consuetudini & nesciens qui fiat, TE tanta erga me humanitate videre commotum, Opponentis ordinarii partes in me velle collocatas, ingentibus amplissimisque gratis TVVM non men amicitiamque TVAM euro mihi cariorem publicis his prosequendo literis, id omnino opto, ut Summum Numen tacita quæ pro TE pectori concepi vota, jubeat esse rata. TE que in spem patriæ & familiæ splendidissima ut et in ægotantium auxilium omnesque conatus TVOS propitius secundet. Vale mihique de summis in scientia medica honoribus legitime hodie impetrandis TIBI, gratulabundo fave!

CORRIGENDA: p. 1. l. 6, lege: sumnum, loco summam. p. 24. l. penult. lege: abolentur, pro aboleuntur  
cert. B. L. corriget.

Hab. med. Kalk,  
Med. Diss.,  
6. 1758-68.

ULB Halle  
002 830 728

3



SB

Ribes



DE

# MORBIS SOMESENTERIO ORIVNDIS

GRADV DOCTORIS

MEDICINA ET CHIRVRGIA HONORIBVS  
DOCTORALIBVS SOLEMNITER IMPETRANDIS

AVGVSTI CI C CC LVIII.

H. L. Q. C.

VELICE DISPVTABIT.

AVCTOR  
S HENRICVS ZIMMERMANN  
LIVONVS.

HALAE

TANNO SCHNEIDERIANO.

